draginta, & quandoque anno,uel biennio uigebunt. quod antiquis ſæpenumero obſeruatum leges.

17 Motus terræ fluuiorum oſtia per eruptionem terra iniecta,ita quãdoque occludit & obſtruit,ut particularia locorum diluuia, & urbium ſubuerſiones derepente attuliſſe hiſtorijs proditum ſit. Motus terræ di luuiorũ authores

18 In mediterraneis,terræ motus pauciores quàm alibi ſæuiunt: quòd illic ſolum non ita excauatum ſit,ob maris & aquarum incurſum fluctuúmque eliſionem crebram.

19 Loca meridionalia minus quàm ſeptentrionalia, terræ motui opportuna eſſe tradũt: propter calorẽ qui illic terræ poros aperit, & quidquid eſt uentorum uel ſpirituũ in ambientem exhaurit. Quod in borealibus contrario ſe habere modo,cum experiẽtia docet ratio. Loca terræ motui opportuna.

20 In montuoſis locis frequentius terræ agitatio timetur,quàm in planis: quia ſub his cauernæ magnæ & ſpirituoſæ plurimùm latent. Mõtuoſa loca.

21 Circa antroſa(ut ſic dicam)loca ad quæ procumbit mare, tellus ſæpenumero intremiſcit: quòd mare ſpiritum exitum molientem, in ſua penetralia remigrare cogit: qui poſtea uiribus reparatis ad pulſandum & mouendum fortior euadit. Antroſa loca.

22 Fortis & diuturnus motus, quia meatuum terræ anguſtiam arguit, & ſpirituum multitudinem, necnon laterum terræ ſoliditatem & conſtantiam: idcirco tardè ceſſare conſueuit, Qui terræ mot⁹ lõgiores.

23 Autumno & Vere, per quæ tempora (ut ſuperius monuimus) uigent fulmina, terras crebrius moueri Quo anni tẽpore vigeãt terrę motus.

quàm